



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Quale peccatum sit in Iuramento promissorio defectus veritatis, & iustitiae.
Punct. 6.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

Dixi ad Juramenti veritatem te obligatum esse, affirmare rem secundum quod prudenter existimat se habere. Non enim ad assertione formaliter veram notitiam mathematica, & omnino infallibilis requiritur; alia vix posses iurare, sed sufficit si prudenter, (hoc est) secundum probabilem rationem ita esse arbitris. Sic Valent. 22. disp. 6. quaest. 7. punct. 3. vers. *veritas enim Sanchez, d cap. 4. num. 1c. Bonacina, d disp. 4. 9. 1. punct. 3. n. 5. & alij communiter.*

3 Ex qua doctrina infert Sanchez à num. 11. decisionem caus frequentier contingens, non esse inquam necessarium testificari bus de aliquo scholastico confluxisse ad scholas totum tempore requito ad cursum conficiendum, vidisse eum singulis diebus; sed sufficere, si communiter videbimus scholas aedem; inde enim rationaliter credere vniuersalitatem statuto, quod est per maiorem partem anni in scholis verentur, satisficeret. Alia namque testificatio, quia moraliter est impossibilis, non confutat postulari; non tamen facilius facit Juramento si loquimur andueri etiam à fide digno illum ad scholas adisse. Nam licet extra iudiciale latus sit hec notitia ad iurandum tem absolute, in iudicialebus tamen semper testis quando absolute restatur, tertiarum confiteri de vita & praesentia propria; & secundum hunc sensum expostulare Juramentum, cap. testes 3. q. 9. Et nota uis Bonacina disp. 4. quaest. 1. punct. 3. num. 7. Quare nisi supradicti testes aderent se scire colim qui à fide dignis audierunt, finis dubium iurarent fallo. Verum si grandandus expostularetur Juramentum de cursu peracto, ut ipso ad testificandum alios induceret, deberet ei certe & infallibiliter constare majori parte anni in scholis fuisse veratum. Quia talis sententia possibilis est & prudenter videtur expostulari.

4 Defectum iustitiae in Juramento assertorio plures Doctores censent esse mortalem, vel veniale secundum quod narratio confirmata Juramento mortale, vel veniale fuerit. Sic Toletus lib. 4. cap. 1. num. 11. confessit Sotus libro 8. de Iustit. quaest. 1. art. 3. col. 2. Et Petrus de Le Iusta. 2. tom. sum. trah. 11. cap. 2. dub. 4. quatenus comparant hoc Juramentum Juramento promissorio de re iniuria.

Verum superiori punto satis probatum est defectum iustitiae in Juramento assertorio non esse sumendum ex eo quod Juramentum confirmit narrationem, quia mortalitatem sit, vel venialis; sed ex eo quod assumatur ut medium & instrumentum ad haec prauum. Quare si finis ad quem Juramentum ut medium assumitur mortalitatem sit, mortale erit Juramentum, si venialis, veniale. Sie Sanchez libro 3. in Decalog. cap. 4. num. 33. circa finem. Suarez tom. 2. de Religione lib. 3. de Iuramento &c. 12. n. 7. & 8.

5 Hinc infero quod siquaque proximum grauius detrahis, derationemque Juramento confirmas, peccatum graue committere. Quia alius Juramentum ut medium & firmamentum graviter inquiratur; nam illud alius ad firmorem & veritatem faciendum detractionem proximi. Neguebat haec intentionem, quae est in effectu Juramenti imbibita excusati potes. Et ita in hoc casu esse peccatum mortale, defendit Sanchez & Suarez. Bonacina disp. 4. q. 1. punct. 3. fine. Reginaldus lib. 18. summ. n. 87.

6 Secundum infero te non committere peccatum mortale aduersus religionem, & contra Juramentum, cum proprium peccatum manifestas, & de illo te iactas, & ut etiatis committile vel complacentiam illius habere, Juramento narrationem confirmas. Nam etio illa narratio ob complacentiam mortalitatem sit, Juramentum non assumitur ut medium ad audiendum & firmandum illam mortalim complacentiam in se, sed in audiendum animis; (hoc est) affirmatur, ut medium ad firmandum in auditoribus credulitatem illius, qui finis non videtur mortaliter prauus. Confessit Suarez & Sanchez.

7 Deinde defectus iudicij, qui in eo situm est, ut Juramento deficiat causa honesta & utilis ad iurandum, si praesice consideretur, nunquam excedit cum panem veniale, tam in Juramento assertorio quam promissorio. Quia non videtur grauis irreuerentia Deo fieri, quod eius nomen absque necessitate inuocatur, si iustitie & vere inuocatur; Sic Sayro in clavis Reg. lib. 5. cap. 4. num. 32. Lessius lib. 2. c. 42. dub. 3. n. 17. Suarez. tom. 2. de Relig. lib. 3. de Iuram. cap. 12. n. 3. Nauart. cap. 12. n. 3. Sanchez. lib. 3. in Decalog. cap. 4. n. 35. & iustitiae esse emittit.

Dixi non excedere culpam veniale, defectum iudicij; si praeceps consideretur. Quia sapientia ex huiusmodi defectu nascitur, negligientia in inquirenda veritate, & iustitia ad Juramentum requisitus, & tuco si negligenter grauis sit, peccatum erit mortale non tam ob defectum iudicij, quam ob periculum fallo & iniuste iurandi. Si solum negligientia iustitiae, & imperfetta fuerit, peccatum erit tantum veniale. Valentina alias relatio 22. disp. 6. quaest. 7. punct. 3. post medium, vbi de iudicio, pag. 1394.

Quale peccatum sit in Juramento promissorio defectus veritatis & iustitiae.

S V M M A R I V M.

- 1 *Defectus veritatis de presenti semper est mortalis.*
- 2 *Verba per exaggerationem dicta non aduerantur veritati.*
- 3 *Proponitur quodam obiectio aduersus superiorem doctrinam, & soluitur.*
- 4 *Defectus veritatis de futuro sepe non est peccatum.*
- 5 *Si res promissa iusta, & grauis sit, obligatusque sit ad illius executionem, peccatum est mortale.*
- 6 *Si leuis, plures affirmant esse mortale.*
- 7 *Alij distinctione vivuntur.*
- 8 *Probabilis est, veniale esse.*
- 9 *Defectus iustitiae graue, vel leue peccatum est iuxta materiæ qualitatem ex communi sententia.*
- 10 *Proponuntur aliquot obiectiones, & sit illis satis.*
- 11 *Juramentum non prestandi aliquid sub consilio tantum ordinatum veniale est.*
- 12 *Omittere consilium Euangelicum, quia inutum est, quale peccatum sit?*

1 **S**i de presenti veritate loquamur, quæ consistit in eo quod Juramentum conforme sit tua menti, (hoc est) voluntari exequendi promissum; certa sententia est, huius defectum semper esse mortalem siue res, quæ promittitur parva sit, siue magna, siue licita, siue illicita. Quia in hac veritate Juramentum promissorum cum assertorio concordat; ac proinde sicne gravissima Deo irrogatur iniuria, si in testem assertoris falsè adducatur; ita similiter est gravissima iniuria si in testem falsè promissionis inuocetur, veroque enim modo fit Deus à iurante testis falsus.

2 Sed aduerte non esse contra veritatem huius Juramenti, si per exaggerationem iures, etiam si verba videantur contraria intentioni; vt si famulo vel filio iures fore ut caput infringas, & offa comminas, vel interficias. Dicuntur enim hyperbolice, & faciunt hunc sensum, te fore illos grauius percutiendum. Vide si habes animum castigandi gratias, non peccas contra veritatem; nec contra iustitiam, faciem grauius, si punitione grauius dignus sit. Quod à simili probari potest cum aliquem laudas de agilitate, & Juramento, si mas esse sicut aquilam velocem. Quid (Hispanæ) solet dici: es vir penitentio. Non enim verba vltiuntur in rigorosa significatione, vt de confit; sed in eo sensu, quo denotent magnam in illo esse agilitatem. Et fac illud 2. Regum 1. Vbi dicuntur Ionatas, & Saul aquilis velociores, & leonibus fortiores. Sic Sanchez libro 3. in Decalog. cap. 4. num. 9. 19. & 20. & cap. 9. num. 16. Claus Regia lib. 5. cap. 5. num. 12. Bonacina disp. 4. quaest. 1. punct. 3. num. 6.

3 Obiectio in Juramento promissorio de re illicita obligatoris non habere animum implendi non solum absoluere, sed etiam ex suppitione Juramenti. Nam etiam facta illa suppitione habere animum exequendi rem illicitam est graue peccatum, grauissime iniuria Deo irrogatur. Ergo obligatus es non habere talem animum. Ergo obligatus es iurare sine veritate, ergo peccare non poteris.

Respondeo te obligatum esse non habere animum exequendi rem illicitam. Sed non indit; sit te obligatum esse iurare sine veritate. Quia non obligaris iurare posito, quod non potes animum habere rem promissam exequendi; sic respondet Valentia 22. disp. 6. q. 7. punct. 3. conclus. 2. pag. 1390.

4 Si vero de veritate futura loquamur, quæ in executione rei promissæ consistit. Sapientia defectus illi nullum est peccatum, eo quod res promissa, aut comminata iusta non sit, & causa quod iusta sit, aliquando expedit eam non exequi: quia mutata sunt circumstantiae, quibuscum Juramentum obligabat. Solum est difficultas, an quando res promissa iusta est & ex Juramento teneris illam exequi, peccates mortaliter si omittas illius executionem? In qua difficultate omnes conueniunt si grauius materia sit, esse peccatum mortale, illam non exequi, tum quia grauius irreuerentia Deo exhibetur illius auctoritatem in te graui contemndo. Tum quia violatio voti in re graui est graue peccatum. Ergo à fortiori violatio Juramenti, cuius obligatio maior est.

5 Verum quando res promissa iusta est, variant Doctores. Prima sententia affirmat esse peccatum mortale. Sic Gabr. in 3. d. 39. quaest. 2. art. 2. conclus. 4. & 7. Caietan. in summa verb. perituriarum cap. 2. Armilla verb. iurare, num. 12. Valentia 2. 2. disp. 6. quaest. 7. punct. 3. conclus. 3. Lessius lib. 2. de iustitia cap. 4. 2. dubio 5. num. 2. 5. Bonacina tom. 2. disp. 4. quaest. 1. punct. 1. 4. num. 2. Reginald lib. 1. m. 79. Ratio est, quia in Juramento promissorio adducis Deum in testem non solum veritatis presentis,

De Natura & Essentia Iuramenti.

10

sentis, sed futura; id est non solum iuras te habere propositum, & animum exequendi rem promissam; sed etiam illam esse executurum, ergo si de facto non exequaris; cum possis, & tenearis; officis quantum est ex parte tua Deum fa so fuisse testimatum. Quod tam in gravi materia, quam leui eiusdem rationis est, ut liquet ex eis quae de lamento afferiorio diximus.

7 Secunda sententia distinctione vitur, affirmat namque si materia promissa sit totalis, defectum in eius executione peccatum mortale esse; si vero sit partialis esse veniale. Ratio huius sententiae est, quia defectus in partiali materia, & leui non videtur sufficiens ad constitutendum Iuramentum falso. Nam iurans recitat horarum, & vnum aue prætermittens absoluere horarum dicitur recitare, & præmittens solvere centum aureos, si soluat uno aste prætermisso, conferat abunde præmissioni fatisfacere; neque ob tam leuem materiam omisam vocabitur infidelis, & falso. Secundum vero si materia integrum non soluerit, falso & infidelis reputabitur. Ergo defectus in materia totali graue peccatum erit; & si in materia partiali leui. Sic Catechistus 2.2. quæst. 87. art. 7. dub. 1. Couarr. lib. 1. variarum cap. 1. num. 2. vers. 2. ad finem. Et in cap. quatuor partium, 1.p. §. 1. num. 4. Cordova in summ. q. 18. Sayro in clavi Reg. lib. 5. cap. 4. à n. 28. Philiat. de offic. sacerdotis tom. 1. z. p. 1. cap. 3.

8 Tertia sententia absolutè docet, esse solum peccatum veniale, siue materia promissa leuis, siue totalis, siue partialis. Hoc enim ut bene probat Suarez tom. 2. de Relig. lib. 3. de Iuramento, cap. 16. à num. 5. & Valent. 2. 2. d/p. 6. quæst. 7. punct. 3. conclus. 3. nullius est confirmationis. Quia si falso ponamus defectum in materia totali esse mendacium, & Deum in testem falso fuisse adductum, etiam quando est defectus in materia partiali mendacium erit. Nam qui deficit in parte materiae præmissæ sine dubio non verum reddit præmissum. Nam haec veritas consistit in adæquatione executionis cum præmissione. Si ergo executio præmissionis non adæquat omnino, & abloquere redditur falso. Quod exemplo Iuramenti afferiori confirmari potest. Si enim diceres in hac vniuersitate esse ducentos & quinquaginta Scholasticos, scires tamen non esse, nisi ducentos & triginta & octo, sine dubio mendacium diceres, nisi illa prima præpositio intelligeretur moraliter (hoc est) esse ducentos & quinquaginta plus minusve, quia præpositio affirmata non adæquat intellectu. Quapropter siue defectus sit in materia totali, siue in partiali affirmat haec sententia, cui ego ut probabilius assenser, non esse peccatum mortale. Sic Diuus Antonius 2.p. tit. 10. cap. 4. §. 1. Angelus verbo Iuramentum 5. n. 41. Sylvest. codem 4. q. 1. Nauar. summ. cap. 12. n. 10. & c. 18. n. 7. Man. Rodrig. 1. tom. summ. c. 192. n. 5. in editione Azot. tom. 1. institutionum moral. lib. 5. c. 27. & lib. 11. c. 5. q. 3. Suar. tom. 2. de Religione tract. 4. lib. 3. de Iuramento cap. 16. à n. 9. Sanchez lib. 3. in Decalog. c. 4. n. 23. cum aliis.

Ratio præcipua sumitur ex Diuo Thom. 2. 2. q. 110. art. 3. ad 5. Vbi ait. Qualiquid præmittit, si habeat animum faciendo, quod promittit, non mentitur. Quia non loquitur contra id, quod gerit in mente. Si vero non facit, quod promittit, tunc videatur infideliter agere, per hoc quod animum mutet. Quod ergo mendacium propriè non committit in omitenda præmissione, non adducit Deum in testem falsi. Et confirmo, eum sub iuramento præmissum aliquid facendum, non solum iuras in acto exercito; sed habere animum exequendi rem præmissam; sed etiam iuras formaliter, te esse executurum. Ergo illud iuramentum tunc est verum vel falso. Ergo sius veritas vel falsitas, moralis non pendet ex futuro eventu; ac proinde est, non exequaris rem iuratum, causa esse non potest, quod Deus à te induxit fuerit in testem falsi. Alias ob nullam rationem exculari posses alia executione rei iuratae. Deinde si iuramento præmissum non invocas Deum, ut testetur te fore exæcuturum rem præmissam. Nunquam enim ad hoc monus testimonium diuinum expostulatur, sed solum expostulatur ut sub sua autoritate præmissionem illam suscipiat. Ergo postea executionem omittens infideliter agis, non tamen mentiris. Elle autem infidelem in re leui non est grauis iniuria Dei. Quia non destruitur speciale aliquid ipsius attributum etiam in effectu hominis. Non enim destruitur veritatem, siquidem illo tempore cum executionem omittis, non adducis Deum in testem; quando vero promisisti, verè adduxisti. Neque etiam destruitur eius fidelitatem; quia non invocas Deum ut ipse promittas, sed solum invocas ut assistas præmissioni & obligacioni, præbeaturque auctoritatem future executioni. Ex qua assistance prouenit irreverentia qua Deo fit cum impletur id, quod sub eius auctoritate præmissum est.

Hinc fundamenta contraria soluta manent. Siquidem Deus in iuramento præmissorio ut respicit rem futuram non adducit ut tefsis formaliter, sed ut præbens auctoritatem future executioni per modum fidei iuroris, non qui in eis obligationem suscipiat, sed qui sua presentia & testimonio firmitatem tribuatur præmissioni.

9 Quantum vero ad iustitiam attinet. Communis sententia defendit spectandam esse materiam, quæ si grauis sit,

mortaliter peccatum erit iuramentum in quo ipsa deficiat. Ut si iures fornicari, grauiter vindicari, aliudve mortale peccatum facere. Ratio est, qui auctoritate diuina, diuinorumque testimoniis te firmas in propposito peccandi mortaliter. Ergo Peccatum mortaliter contra reverentiam Deo debitum; item teneris sub mortali non facere id, quod iuritas. Ergo perinde est, ac si fulsum iurasset. Et in hac parte omnes conueniunt. At si materia leuis sit, eò quod vindicatio iurata sit leuis, affinitat communis sententia solum esse culpam venialem. Quia non videatur grauius Deo irreverenter fieri quod eius auctoritate te firmes in propposito veniale peccatum committendi, præcipue cum solum sub obligatione venialis culpe concareris iuramentum illud non exequi. Sic expressè Nauar. summ. c. 12. n. 13. Ep. 1. Cosar. de past. 1.p. §. 6. n. 6. Azot. tom. 1. l. 11. institutionum moral. c. 5. q. 1. Valent. 2. 2. d/p. 6. q. 7. punct. 3. post medium. Suar. tom. 2. de Relig. tract. 4. l. 3. de iuram. c. 19. Lefsius l. 2. cap. 42. dub. 4.n. 18. Sanch. l. 3. in Decal. c. 4. n. 26. & sequitur Bonac. tom. 2. d/p. 4. q. 1. punct. 3. n. 9. circa fin.

10 Verum haec communis sententia quoad hanc habeat parternitatem difficultatem patitur. Primum. Nam iurans aliquod peccatum veniale diuina auctoritate, & maiestate prætendit se habere in illo commendato. Ergo ostendit à diuina maiestate ille approbaris quidem sub illius præsidio præmissum est. Hoc autem est grauis iniuria, & blasphemia contra Deum, ergo. Aut confirmo; quia adducendo Deum in testem, & quasi fileius istum peccati fururi adducitur ut illius cooperatur. Sed Deum esse cooperatorem peccati, etiam leuis, infinito cum diuina bonitate pugnat; sic pugnat esse auctoritate. Ergo est grauis iniuria. Secundum; sic iurans obligatus est non exequi iuratum, & cum iuratur obligatur non habere animum exequendi. Ergo perinde est, ac si fulsum iurasset. Tertio; si iurales rem impossibilem, eamque ut impossibilem cognoscere, peccates mortaliter. Quia iurias falso. Non enim habere potes præpositum & voluntatem implendi, quod esse impossibile apprehendis. Sed peccatum veniale inter impossibilem reputari debet. Nam ea facere possumus, quæ licite possumus. Ergo iuramentum de illo committingo mortale erit.

Caterum propriæ haec, & si difficilia sententia & præcepta recepta, non debemus recedere. Fato enim sic iurantem peccatum veniale ipso facto, prætendente diuino testimonio se firmare in propposito illud committunt. Non quia exultimes fote grauim & approbandum à Deo: de hoc enim non cogitat; sed quia ex quadam simplicitate & vulgari ignorantia credit: quidquid sub iuramento præmissum, fuit bonum sive malum immutabile esse debere. Ad confirmationem negamus in iuramento præmissorio de re iniqua invocare Deum, ut cooperator peccati promissi, sed solum ut testem præmissionis. Ex qua invocatio non videatur fieri grauis irreverentia, si res præmissa mala sit venialiter tantum.

Ad secundum concedo sic iurantem obligatum esse sub veniali tantum non exequi rem iuratum; & cum iuratur obligatum esse sub veniali tantum non habere animum exequendi; ac proinde non peccare mortaliter. Hinc fit grauus peccare iurantem peccatum veniale sine animo exequendi, quam iurantem ex animo. Quia iurans sine animo committit peccatum mortale per iurij falsi; at iurans cum animo non mortale, sed veniale tantum committit. Duplex tamen; neque propositum peccandi, & iuramentum talis præpositum.

Ad tertium respondeo esse iuramentum rationem in iuramento de re absoluto impossibili, & de peccato veniali. Quia iuramentum de re absoluto impossibili reddi impossibilem voluntatem faciendo illam. At peccatum veniale effo de iure reddi impossibilem voluntatem, non tamen de facto. Et cum solum sub obligatione venialis culpe sit haec impossibilitas iuridica non valer iuramentum mortale reddere.

11 Hinc fit iuramentum de non præstantio consilium aliquod Euangelicum esse solum veniale culpm. Quod sit culpa, dubium esse non potest, cum diuinum testimonium sufficiat ad obserendum diuinam voluntatem. Sed quid haec obliteratur, alias peccatum non est, non videatur grauiter diuinam maiestas in testem adducta iniurianti, Sic Nauar. Valent. Azot. Lefsi. Bonac. locis allegatis, Sanch. d. c. 4. n. 30. Suar. c. 18. num. 6.

12 Sed inquires an omittere consilium Euangelicum, quia iurast omisurum; vel facere peccatum veniale, quia iurasti facturum, peccatum sit morale, vel veniale?

Respondeo regulariter veniale esse, quia procedit ex quadam vulgari ignorantia; quia credis sic iuratum esse exequendum. Sic Sanch. lib. 3. c. 4. n. 2. 9. Suar. lib. 3. de iuramento c. 19. n. 6. & 7. At si illam ignorantiam secludamus; ex illico executione rei illicite vel omissoem Euangelici consilii; quia iuratum est, ut peccare peccatum esse, et cum grauissima blasphemia irreverentiam iuramenti præstare, quod est contra iuramenti religionem. Adde tamen executionem tacite contineat errorem in fide. Sic indicat Sanch. n. 29. fine.

PUNCTVM

DE
CAST
PAL
TON